

# Zentrale Klassenarbeit Latein

## Baden-Württemberg – Haupttermin 2002

---

*In einer Rede an das Volk zeigt Cicero seine Genugtuung darüber, dass er die Catilinarische Verschwörung aufdecken konnte.*

In hoc maximo crudelissimoque bello et urbem et cives integros servavi. Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum monumentum laudis postulabo praeter huius diei memoriam sempiternam. In animis vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae condi et collocari volo. Ne homines enim scelerati vobis nocere possent, ego providi; ne mihi noceant, vestrum est providere.

Magnum est in bonis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est; magna in re publica dignitas, quae nos semper defendet. Est enim nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius hominis audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus.

Ut in perpetua pace esse possitis, providebo, Quirites.

Vokabelhilfen

*Zeile 6* condi et collocari - hier : fest verankert sein

*Zeile 6* sceleratus, a - um verbrecherisch

*Zeile 9* comparare - erwerben, verschaffen

*Zeile 11* ultro - darüber hinaus, sogar

*Zeile 12* lacessere - reizen, herausfordern